

quod vbi blanditur maxime, ibi caendum est
damnatum, & illud caendum, ne altera manu ferat
lapidem, panem ostendat altera: capi animalium at-
tendere, & intellectu mutatione vnius paneti He-
braicablatam Christo Domino diffinitatem; nam
pro, *Hoc est nomen quod vocabit eum Deus, iustus no-
strus*. Hebraic scriptum est. *Hoc est nomen quod vocabit
eum Deus, iustus noster*, vt Christus a Deo vocatus sit
iustus noster, hoc factū est vni punctū mutatione,
vt ierō pro ierū legatur, eraſa est etiam dictio, hu-
eū. Nec mihi dixeris veruta Aquila ceterorumq;
exemplaria ita habere, nam locum hunc vitauit,
vt Christo diuinitatem auferret; et enim vnius ex
illorum numero, de quibus Hieron. cum Aqui-
lam, Symmachum, & Theodosium blasphemos
Iudeos nominat, eosque multa de Christo
mysteria celatae ait. Aquila enim, & reliqui acces-
serunt ad facias translationes eo animo, vt
Christo aduersarentur, & 70. viris obstrepent.
Sed ut Balaam propheta dæmonum coactus est di-
cere, que non vellit, ita eos permisit Deus oracula
manifesta de Christo peruertere, quaē eis notis-
sima erant, & in ore omni populo: in cæteris fecit
texere admirandas quasdam translationes, vt vnius
Ecclesiæ sanctæ essent. Corrupit igitur Aquila
hunc locum sic; *Venze, aser, iero, ieboua, fidquenu.*
Et hic qui vocavit eum Deus iustitia nostra, vt signifi-
care Deum fuisse, qui vocavit populum Iudeos ē
captiuitate Babylonica. Etsunt nostri, qui hanc
ostentent translationem, cāmque opponant vul-
garē, & 70. interpretibus. Dicat hic aliquis Vara-
blum, & Isidorum Clarium hac omnia ad Christum
referre, & authores esse, Iudeos hæc etiam
de Christo interpretari; nisi simularent viros bo-
nos, nunquam postea fallerent, arte nos trahant;
excusūt de manibus vulgatam nostram, & 70. in-
terpretationem, quaē Christi diuinitatem plenē
sonant, obtundunt pro eis Iudaicam interpreta-
tionem, quaē ad Babyloniam captiuitatem hæc
referat, vt germin iustum populus Iudaicus ap-
pelletur, quem germinare Dominus fecerit; sed
cur Dauidi fecit germinare populum Iudaicum,
non dicunt, cūm post captiuitatem Babyloniam
ex posteritate Dauidis rex nullus fuerit; neque ad-
iiciunt, quomodo cap. 23. vbi hæc eadem verba legi-
mus, subiunguntur, *Eregnabitur. & sapientis erit:*
post captiuitatem Babyloniam non regnabit rex
vsque ad tempora proxima temporibus Christi,
vbi duo aut tres tyranni sibi regiū diadema im-
posuerunt; neque germin iustum, populum Iudaici-
cum iure quipiam appelleret, vt reliqui omittam,
quo pro Zarach mutatis duabus literis, Samach
scripsere, id est pro oriente, scripsere germin: sed
quantum appareat ex translatione D. Hieron. & 70.
expunxere ex lectione Hebraea duas voces sem, &
hu; vbi enim legitur *ve ze*, legendum erat, *ve ze*,
sem, & *hoc nomen*; sic enim est in vulgata D. Hier.
& in translatione 70. & post illa verba, *quod voca-
bunt*, deest vocula Hebraea, *hu*, iuxta translat. D.
Hieron. & 70. id est, *eum*, vt sic. *Hoc est nomen quod
vocabum eum*. Ergo, inquit Castro Iudæi sunt testa-
mentarij, seu Dei testamenti corruptiores non solū
negligentia, sed & malitia, qui huc pro ierū voca-
bunt, legunt *igra*, vocabit: pro, *lo*, *eum*, legunt, *la*,
eam, quam vocem Varablius castigat ex translatio-
ne 70., aitque legendum, *eum*, non, *eam*, aut, *ei*, ge-
nere masculino, & non feminino. Cur autem Varablius
non castigat idem ex translatione D. Hier.
& quo vulgata nostra edita est; cur sicut pro, *la*, le-

De in-
terpre-
tatione
feu
Aquila,
Symmachus,
& Theodo-
rionis.

anno

1000

</div